I
339.274

Inkunabel

E. S.

I

339274 E. S.

Inkunabel

a. Sgarzi 4/11.92 = 3 L

Dal Maino, Giasone

Maynus, Jason

Mayno, Jason de: Oratio habita in funere Hieronimi Torti

Hain *10973

## Ad illuſtriſſimum principem Ludouicum Sfortiam Uicecomitem Barri ducem: Iaſonis de Mayno iuriſutriuſqȝ doctoris: Pręfatiuncula.

o Rationem a me proximis diebus habitã in funere preſtãtiſſimi iuriſcõſulti Hyeronimi Torti: ad quem illuſtriſſime Princeps potius q̃ ad te mitterem non dubitaui: nõ tam ex eo q principatum geras: q̃ q ęque ſis litteratoꝝ ac litterarum pręcipuus cultor. Facis equidem quod rectum principem decet: cũ Plato non minus uere q̃ elegãter dixerit: beatas fore reſpublicas: ſi aut ſapientes imperarent: aut earum principes ſapientię ſtudio tenerentur. Donum libelli huius quem ad te mitto: niſi aut tu magno ęſtimes: aut excellentis uiri de quo loquitur: merita recompenſes: puſilla res eſt. Uerum Artaxerſes perſaꝝ rex pręſtantiſſimus dicere ſolitus traditur: nõ minus regale eſſe accipere tenuia munuſcula: q̃ ingentia dona elargiri. Tu pro ſolita animi modeſtia q̃uis longe maiora ſemper ſolitus ſis referre q̃ accipere: has noſtras lucubratiũculas pauculoſque labores non aſpernaberis: ſed una cum offerentis affectione: ſingulariqȝ erga te deuotione clementer ſuſcipies. Uale Princeps humaniſſime: meqȝ cõmendatum habe.

Oratio habita in funere excellentiſſimi iuriſconſulti Hyeronimi Torti tenentis primam catedram in felici gymnaſio Ticineſi: p̄ me Iaſonē de Mayno Mediolanenſem iuriſutriuſq3 doctorem.

Utinam alia me ad di
cendum occa
ſio impuliſſet: q̄ ut in graui et
a acerbo funere Hyeronimi Tor
ti iuriſconſulti celebris et cōſum
mati: laudatiua a me hodie ha
benda eſſet oratio. Fuerat mihi
iā diu propoſitum eius uitam in
genium ac litteraturā ſpacioſius ꝛ uberius proprijs
ꝛ peculiaribus laudibus exornare: non q̄ cōmenda
tionem meam illi expedire aut uſui fore imprudens
mihi perſuaderem: ſed ut ſignum aliquod grati i eū
animi aliquando proferrem. Nam cum eius fontibus
quicquid i me doctrinę eſſet exhauſiſſem: ꝛ omnem i
genij mei cultū inde ſuſcepiſſē: ingratū me quodāmo
do uiuere exiſtimabā: ſi nō aliquo saltē laudationis ar
gumento: ſuoꝝ i me meritoꝝ ꝛ meę ī illū obſeruantię
perpetuā recognitionē ꝓfiterer: q̄nquidē maius ali
quid quod ei pręſtarē nō haberē. Iuuaſſet ſcriptis in
texere oēs eius precedētis uitę ſeriē: quibuſue ſtudioꝝ
gradibus ad tātū doctrinę culmen eſſet euectus: ut ſic
a cūctis querēdus ac deſiderādus ī exēplar ęui preſen
tis trāſiret: mihi p̄cipue qui illū ꝛ publice ꝛ p̄uati q̄tū
admirabar: tm̄ diligebā ꝛ obſeruabā. Propoſuiſſē ſtu
dioꝝ ſuoꝝ ſemitā tanq̄ ſpeculū: quo uiā ad ſummum

litterarũ apicẽ ſpecularer: ⁊ ſi non tã alte ſcandere unꝗ̃ poſſẽ: at ſaltem hiſdem gradibus inchoarem aſcenſũ. Sed heu fati neceſſitate cõpulſus: quę ego hilarius ⁊ exultãtius dicere cõcepã: nunc ſummiſſius atq; moleſtius in funebrẽ mœſtam ſquallentẽ ⁊ omni ex pte circũciſã orationẽ cõuertere: ⁊ quaſi epicedion deplorare cõpellor. Nõ ommittam tamẽ ſic urgẽtibus fatis: quin ea quę lętioribus ⁊ abſolutioribus uerbis celebrãda fuerãt: his remiſſioribus ⁊ hac parẽtali oratione cõplectar. Uereri ẽt debui me nõ magnã hodie ĩ dicẽdo expectationẽ habere: ꝙ nullũ uos patres nouũ audituros: ſed tãtũ uetera ĩ hoc uiro recognituros exiſtimetis: cuius uitę actiones ⁊ ſinguli ſtudioꝝ progreſſus uobis iãdiu innoteſcũt: cũ ĩ ueſtris academijs uerſatus: ĩ ueſtriſ quoq; manibus creuerit. Sed eo plus fidei me ꝯſecutuꝝ ſpero: quod ego ul' ĩ primis maxime deſidero. Quanꝗ̃ nec obeſſe debeat gratię orationis ꝙ de eo eloquar: quẽ uiuũ intus ⁊ ĩ cute cognouiſtis. Nã ſicuti ĩ imaginibus ⁊ picturis gratiores illę ſunt: quę cognitos ⁊ uiuẽtes referũt ⁊ effingũt: in q̃bus rugas ⁊ ſingula oris liniamẽta rimari ⁊ dignoſcere poſſumus ac ſi pñtes ĩtueremur: ita uerbis meis dũ hoĩs huius notã imaginẽ depigo: nõ tã receſſere ꝙ̃ uobiſcũ patres ut uiuẽtẽ recõmemorare uidebor.

Attigã Hyeronimi Torti pręſagia futurę ꝓbitatis atq; ꝑſtantię: ⁊ litteraꝝ rudimẽta a teneris ferme unguiculis repetita. Dehinc ſtudioꝝ ꝑtextũ: ⁊ ſingulos diſciplinaꝝ gradus: cũ mirifico ĩcremento ⁊ fęlici exitu ſubiũgã. Poſtremo ꝙ̃tũ legẽdo docẽdoq; ꝓfecerit: et ꝙ̃tũ inter noſtrę ⁊ ſupioris ętatis togatos excelluerit

ſunnectã. Inde liquebit ꝙtũ ſplẽdoris ⁊ ornamẽti huic regię ciuitati Ticinenſiqꝫ gymnaſio adiecerit. Utar tñ ſmonis ꝯpẽdio: ⁊ ꝓ rerꝝ dignitate q̃ potero frugali breuitate: cũ nõ hiſtorico coturno: ſꝫ pedeſtri eloq̊ ꝓgredi iprę̃ſẽs expediat. Nec exequar Tortę familię ortũ aut ſeriẽ: nec cognatorꝝ ꝓpiquorũue neceſſitudines: aut uarias affiniũ cliẽtelas: cũ nihil exterꝝ: ſꝫ qđ totũ Hyeronimi uirtute ꝯſtet ꝓ ueſtrũ oĩuꝫ expectatõe diſſereduꝫ hodie ꝓpoſueri. Natus ẽ Hyeronim⁹ Tort⁹ ex oppido Caſtrinoui trãſpadano municipio Terdonẽſi ſplẽdido: honeſtis ſꝫ modicis ꝑẽtib⁹: familia uetere ⁊ honorata: humili tñ tenuiqꝫ fortuna. Eius ĩfãtię nõ ignobile auguriũ accidiſſe parentes ſui pueris nobis narrare ſolebãt. Ego uix unq̃ adduci potuiſſẽ ut crederẽ: niſi me mľta clariſſimorꝝ uirorꝝ exẽpla mouiſſẽt. Dũ ĩfans faſcijs ĩuolutus: in cunis iaceret capite denudato: ⁊ nutriculam forte abeſſe contingeret: ſuperuolauit ales uirentẽ ramulum geſtans: quem ori infantuli leniter admouit: et caput alis circuntegens blande puerum confouebat. Tantę rei nouitate ac miraculo nutrix attonita infantulum graui cum ſollicitudine obſeruabat: uerita ne alitis unguibus lederetur. Sꝫ dũ illeſũ ales aliq̃diu fouiſſet euolauit: ſublato ramo: quẽ ĩ altũ ꝑtulit ꝙtũ occulis mortaliũ ſpectare fas fuerat. Eo augurio ꝑẽtũ aĩ ĩ ſpẽ erigũt: ꝙ hũc aliqñ litteratura florẽtẽ ad cęlũ uſqꝫ trãſgreſſurum ales illa omiaret. Nec parẽtes ꝙuis rudes auſpiciũ fefellit. Sit n. ſępenumero ut iter pꝛia ĩfãtię cunabula: nõnulla futurę ꝓbitatis ſigna dephendant. Uidę puero dormiẽti formicę ĩ os grana tritici cõgeſſerũt. Parẽtibus

quorſuꝫ prodigium tenderet explorantibus augures reſpōderūt: omniū illū mortaliū futuꝝ ditiſſimū. Nec uana prędicatio extitit. Nā Midas cūctoꝝ pene regū opes abūdantia pecunię āteceſſit. Platoni īfantulo in cunis dormiēti circūuolātes apes paruulis labellis dulce mel intulerūt: ⁊ quaſi dulciſſima eloquentię libamēta inſtillaſſent: prodigiorum interpretes: ſingularem eloquij ſuauitatem ore eius emanaturam prędixerunt. Qua die natus eſt Alexander Macedo: duę aq̄lę tota die prępetes ſupra culmen paternę domus reſederunt: omen duplicis imperij Europę ⁊ Aſię pręferētes. Nec minus fęlicia ī diuo Ambroſio ꝓdigia apparuerūt. Nā cū infans dormiret: ſubito examen apū aduolās faciē eius atqꝫ os cōpleuit: ita ut ingrediēdi egrediēdiqꝫ frequētaret uices: ⁊ poſt aliquādiu uolitātes: ī tātā aeris altitudinē ſubleuatę ſūt: ut humanis oculis minime cernerētur. Quo facto territus pater: ſi uixerit īquit īfantulus: aliqd magni erit. Nō deſūt etiā ex grāmaticis qui cōtēdāt: Maronē poetā mātuanū Uirgiliū a uirga cognominatū: eo ꝙ Maia puerpera ꝑ quietē ſomniaſſet: ſe laureā uirgā pariturā: quę ad cęlū uſqꝫ ꝑtingeret. Sic Uirgiliū enixa ē: iuq ȯ altis cātādo cęlū attingere creditus eſt. Nęc prima infantię auſpicia: quę ſummum litterarum culmen: ac faſtigium Hyeronimo pollicebantur: tantam parentibus ſpem attulere: ut q̄uis anguſtia rei fāiliaris urgerēt omni tn̄ opa elaborādū ꝓponerēt: quo Hyeronimus p̄ceptorib⁹ erudiēd⁹ traderet. Uix p̄ma īfātię curricula egreſſus: ī rudib⁹ lr̄aꝝ cunabulis ardēs diſcēdi ꝺſideriū apte declarauit. Nō .n. paterna monitōe: nō

maternis illecebris: nō pręceptoris aculeis impulſus:
ſed propria animi ui: ⁊ quodaȝ quaſi naturę pręſagio
ſuccenſus: ad lr̄as quotidie ardentior reddebat᷑. Argu
mētū profecto haud dubię ſpei: futurę qȝ p̄ſtātię i tā te
nello igenio ſic ſpōte ad ſciaȝ anhelāti. Queadmodū
.n. equi generoſiores hr̄itur ⁊ ad curſū meliores: q̄ ſi
ne calcariū ſtimulis aut flagellorū plagis: dato ſigno
ꝓtinus exiliūt: ita adoleſcentuli: qui ſine ſtimulis uel
ullius ammonitione ultro ſe alacres ad lr̄as cōferūt:
ad uirtutis opa pręclare nati cēſentur. Affectus mira
diſcendi uoluptate: ſic quotidie ꝓficiebat: ut nō tā diſce
re ꝙ̄ reminiſci uideret᷑. Nec q̄ ſolū a ludi magiſtris tra
debant᷑ facile aſſeq̄bat᷑: ſed ex his ꝓprio conatu plura
cōcipiebat. Sic fęcūdiores ſulci nō modo ꝙ̄tū ſeminis
exceprint reddunt: ſed cum multiplici fęnore abundan
tiſſimā frugē producūt. Pręcox eius ingeniū laudis ⁊
glorię emulatiōe: inſtar lętę ſegetis: uberes quotidie
fructus cum mirifico incremento proferebat. Supra
annos ſupraqȝ ętatē ꝓficiebat: cū nō parua incolarū q̄
cū noſcerēt admiratōe. Fulgebat iā i puero idoles uir
tutis ⁊ iā fęcūdi doctrinarū fructus emergebāt. Agebat
annū ętatis uixdū undecimū: cū iā neceſſaria oia grā
matices fūdamēta iecіſſet. Erat parētū ⁊ cognatorū
cōſiliū cum iuris ſtudio dicare: ſpe īmenſi quęſtus:
ſed terrebantur nimia impenſa: ⁊ grauiore ꝙ̄ exiguę
illorum facultates ferrent. Itaqȝ phię p̄mū iniciatus
eſt: in qua minore ſūptu: ⁊ breuiori tp̄e illū facile pro
fecturum ſperarent. Ingenij preterea acumine hiſdeȝ
artibus accōmodatior uidebatur: cuȝ iam non nullas
dialecticorū argutias: ⁊ pleraqȝ logicalia ſophiſmata

calleret. Anno euoluto parentes penitentia ducti: euꝫ ad auriferas leges rettulere. Dolebant tantam ingenij ubertatẽ eo cõsummi: unde tenues quęstus emergebãt. Uidebãt iuris ꝓfessoribus oĩa ad nutũ suppetere: ⁊ aureas leges aurea tecta: fũdos: p̄ciosaꝫ supellectilem ⁊ immensas facultates conferre: quibus etiam parentũ ⁊ cognatorum necessitatibus succurri posset.

Iuri itaqꝫ Cęsareo ascriptus: legales libros insatiabili dis. ẽdi cupiditate reuoluens: in ipsis studiorꝫ exordijs: non cõtentus litterali sensu quem adolescentuli iuniores obseruant: interioreꝫ ⁊ abditũ nucleum eruebat: legũ causas acutius ĩquirebat: ⁊ fũdamẽtalẽ iuris rõeꝫ ĩ ipsis usqꝫ radicib⁹ accurate ꝑscrutabatur. Uix p̄ia legũ libamẽta attigisse credit⁹: lectores quotidianis ĩterpellatõib⁹ lacessebat. Ea mẽtis acie ferebatur: ut quotidie aliq̄d supra annos attingens: uirtute propria ętatem pręueniret. Efferebatur inter ęquales: clariusqꝫ explendescebat: ꝙ generosi condiscipuli ęquo animo ferre possent. Semper aliquid acutius rimabatur: cui aliorum ingenia non accedebant. Mirabant̄ doctores ĩ puero ĩgenij acrimoniã: arguẽdi subtilitatẽ: respondendi resistendiqꝫ uehemẽtiam. Stupendo ingenij acumine obtrusa ⁊ abditissima queqꝫ penetrãs: nouas quotidie ⁊ inexcogitatas difficultates afferebat: q̄bus ipsi ẽt p̄ceptores sepi⁹ aĩo cogitabundi hęrebant. Expurgata tirocinij rubigine: deinceps sũmos legũ apices ꝑtractãs: ĩ tãtã noĩs claritatẽ emersit: ut nõ mõ ĩ hac ticinẽsi academia numinis loco ĩter scholasticos coleret̄: sꝫ absẽtib⁹ not⁹: ⁊ lraꝝ ꝑstãtia ab exteris dilect⁹ mltoꝝ testimonio ac ꝑdicatione

extollebatur. Anno fere ſtudioꝝ ſuoꝝ tertio publicum
diſputādi ac repetēdi munus obiēs: ſic memorię tena
citate adiutus ē: ſic igenij ubertate fęliciter uſus: ut cir
cūſedentibus omnimodę doctrinę togatis ꝙ̄ pluri
mis: non minorem uirtutis ęmulationē: ꝙ̄ pręſtantię
admirationem reliquerit. Ex hac regia ciuitate:
anno ſtudioꝝ ſuorum quinto: Ferrariaꝫ ſe cōtulit. Ibi
cōuenerāt p̄ſtantiores totius Italię uel potius totius
orbis doctores: cura et impenſa Nicolai Eſtenſis diui
Principis: eque ſtudioſorum ac ſtudiorum amantiſſi
mi: qui uarijs pollicitationibus magniſqꝫ ſtipēdijs: ui
ros in litteris pręcellentes undiqꝫ cōquiſierat. Nactus
Hyeronimus pulcherrimam uirtutis oſtētandę occa
ſionem: non ſec[?] animo geſtiebat: ac frendens leo ubi
ſpumantem aprū ſibi oblatum uidet. Inter confer
tiſſimas diſputantium acies: ſe medium exhibens: tā
acer ad oppugnandū: ad reſiſtendum tam ꝓmptus
⁊ callidus: ſic facile obiecta diluebat: ut quę in eum
mittebantur: redderentur quaſi tela Priami in ſcutuꝫ
Pirri. Ubi uero in arguentis morem aſſurgebat: gra
uiſſimas nodoſaſqꝫ difficultates adducebat: quibus
quaſi machinis admotis quodcunqꝫ munitiſſimum
uallum facile expugnaretur. Siquando labebatur
nobili ira excandeſcens fortius reſurgebat. Quod ſi
uehementius urgebattur: uiribus undiqꝫ collectis:
quaſdam quaſi uerborum faces admouere: coruſca
tiones effundere: ciere tonitrua: et horrendum in lin
gua fulmen gerere uidebatur. Magna ꝺ̇ eo īter ſcho
laſticos ęſtimatio: ⁊ par cū his q̊ legēdi muneri p̄erāt
commendatio circunferebatur. Ad quancunqꝫ iuris

nodoſitatē aīum ſtudiumqꝫ īclinaſſet: quę percipi hu mano ingenio poſſet: eam tanta cū īegritate aſſeque batur: ut non a pręceptoribus eruditus: ſed aut cęlo emiſſus: aut natus ad eam rē proculdubio uideretur.

Ex Ferraria triennio tranſacto Bononiā ꝓfectus eſt: antiquaꝫ ſtudiorum parenteꝫ: exemplo Socratis: qui uarias regiones ꝑ acquirēda ſapiētia ꝑluſtrauit: uel Anaxagorę qui ſtudiorum cauſa longam peregri nationem aſſumpſit: aut Platonis qui diſcēdi cupidi tate: diuerſa climata laborioſiſſime peragrauit: uel Apollonij aut Democriti cęterorūqꝫ: qui litteraruꝫ ar dore uaria itinerum diſcrimina ſuperarunt. Sunt Bononienſes qui hominem nō ex re aut ex fortuna: ſed ut par eſt ex ſola uirtute metiātur. Ubi Hyeroni mum adeo ingenio ꝛ doctrina pręſtare comptum ē: ex Bononienſibus preſertiꝫ Maluicijs nobiliores: eū domi ſalutare: uereri: honoribus afficere: ꝛ demuꝫ ad publicū legēdi munus: magnis ſtipēdijs ſollicitare nō deſierūt. Sꝫ audite Ticinēſes uiri: ut uobiſcū cete ri audiāt. Cū ad ſtudioꝝ metā tā glorioſe uētū eſſet: parens filium in patriam reducturus aduenerat. Nō defuerunt ex Bononię ꝑmatibus: qui ob lraꝝ cultū: ꝛ litterati uiri obſeruantiam: Hyeronimuꝫ cum patre abſcēdentē ex urbe illa comitarētur: ꝛ pleriqꝫ ſodaliuꝫ ad tria milia paſſuum. Conſiderate uobiſcum taciti quātę fuerit pietatis ꝛ uenerationis exemplū: ꝛ ꝙtus uirtutis ꝛ doctrinę ſplendor: uidere Hyeronimuꝫ cuꝫ antiquo patre: ſine ullo famulatu: attrita tunica: inſi dentem equo gracilento ac ſtrigoſo: ſarcinulis qui buſdam ſupra dorſum equi colligatis: tanto concomi

tantium nobilium equitatu circũſeptum. Increpuit apud Ticinenſes Hyeronimi redeuntis prenuncius rumor: et ueluti ex delphico numen expectabatur. Magna cũ fama precesserat: ſed maior eſt iuentus. Aſſumptis ex more doctoreis inſulis: qui uix pilum e genis raſitauerat: in collegã aſcribitur Catonis Sacchi: doctoris per omnem orbem celebrati: et inter ętatem ſuam florentis precellentiſq; doctrinę. Referamne uel potius mecũ admirabor: publicas contiones: circulares paleſtras: ac quotidianum diſertandi munus. Iucũdum eſt commemorare: ſed pulchrius digniuſq; uidiſſe: duo ętatis noſtrę excelſa ingenia mutuo litteris doctrinaq; certare: utrũq; nominis et famę emulatiõe. Diſputabat Hyeronimus ſubtilit: acute: callide: circumſpecte: ut erat illi ſummum ingenij acumen a natura diſputationibus apprime accommodatum. Ex ſolo labiorum motu: unde aduerſarius erũpere: aut quo uellet emergere proſpiciebat: ſicq; illi facile occurrebat. Ipſe eñ in arguendo lubricus et incõprehenſibilis: ut erat hominis ingenium uariũ: flexibile: multiplex. Quo magis urgebatur: eo firmior: acrior: uehementior reddebatur. Cum in arctum redactus et quaſi deprehenſus credebatur: per mille diuerticula: meãdroſq; effluebat. Poſteaq̃ ad publicum legendi munus eſt aſſumptus: quo ſemper animi eius uota anhelarunt: cępit ſacrarum legum dogmata: quę undequaq; uelut apis operoſa collegerat: in publicis ſubſellijs aperire: tanta cum attentione et auditorum frequentia: q̃ ętate ſua aut omnes excelluit: aut paucos ſibi habuit adequandos.

Docebat magna cum uehementia animi ⁊ corporis: accedente omnium ſenſuum omniumqꝫ mẽbrorum conatu. Imprimebat in audientium animis quę diſſerebat: ⁊ quaſi in intima cordis penetralia imittebat. Pronunciatio eius in initio remiſſior: ſed in clauſularuꝫ extremo eleuatior: altius acutiuſqꝫ deſinebat. Longas periodos uno ſpiritu tanꝙ torrente contorquebat. Nonnunꝙ altius prouocante materia: ſic incaleſcebat: ut intonare: fulgurare: ⁊ quaſdam quaſi igneas uerborum coruſcationes faucibus emittere uideretur. Eius doctrina limpida in primis ⁊ diſtincta: non anxia nec moroſa: ſed facilis et expedita: et quę auditores cum attentione ⁊ uoluptate alliceret ⁊ teneret. Ea dicendorum ſeries: tantus expoſitionis ordo: ut quę diceret collocari omnia: ⁊ animo recondi poſſent . Argutę eius diuiſiones: accommodatęqꝫ diſtinctiones: omnem ſermonis ambitum eo traducebant: unde multa rerum copia facile colligeretur. Accedebat incredibilis memorię fęlicitas: ut cum multa uariaqꝫ ſine cunctatione proferret: nec uerbo unꝙ laberetur. Eadem quom uſus poſtularet: ſic ex ordine repetebat: ut nec ſyllabaꝫ ommitteret: nec imutaret. Fuit illi par ut intelligendi ſic ⁊ docendi facilitas. Exẽplorum uarietate ſemper mirifice delectatus: res etiaꝫ arduas atqꝫ difficiles in planum deducebat. Cum autem in nodoſam aliquam difficultatem incidiſſet: tanꝙ in arcem propriam delatus: legendi uoluptate quaſi triumpho efferebatur. Scriptores mutuo concertantes: eo ordine adducebat: ut ſępius non tam lectioni ꝙ bello intereſſe putares. Veteres auctores

cum eorum pręſidijs in primo aditu collocabat: ſic ex
ordine ad nouiſſimos uſq; deſcendens: argumentoꝝ
copias tanq̄ bellatorum phalanges in planicië edu
cebat. Ipſe i medio poſitus uelut belli arbiter: nō ad
alicuius gratiā uel emulationē: ſententiā quis arma
iuſtius induiſſet proferebat. Ommittam dinumerare
uarios iuris cęſarei commentarios: quos in ordina
rias partes ⁊ in ueſpertinas lectiones exquiſite ⁊ ca
ſtigate elucubrauit: argutas diſertationes: graues et
acutas diſputationes: quas edidit. Omnibus patent.
Per omnium manus: oraq; quotidie uerſantur. Prę
teribo innumeras nouarum argumentationum ſub
tilitates: tot difficultatum quaſi enigmatum reſolutio
nes: ueros ⁊ admirabiles ſenſus legibus accommoda
tos: quaꝝ quia iterior mens erat incerta: in magnos
prius errores prolabebamur. Hoc uno eſt Hyeroni
mus nō minus diligendus q̄ laudandus: q ueritatis
ſedulus obſeruator: nōnullorū conatus repreſſit: qui
ueritati occurrere annitebantur. Inſurrexerant poſt
Chriſtoforum Caſtilioneum Raphaelles duo: alter
Placentinus: ⁊ alter Comenſis: Ludouicus ponta
nus: ac periq; nouiores: qui cōtradicendi ſtudio: nō
ueritatis inueſtigandę gratia: quędā cōmēticia: ⁊ quaſ
dā argumētoꝝ fallacias aſtruxerant: i ueras maioꝝ
noſtrorū ſententias. Illoꝝ aſtus figmentaq; ſic Hye
ronimus confutauit: ſic ad humum proſtrauit: ut ueri
tatem: quę iſtorum quaſi clandeſtinis incurſionibus:
⁊ quaſi quibuſdam cuniculis impetebatur: ſolidauerit
ſtabiliueritq;. Cōfluebāt ad Hyeronimū audiēdū fre
quētes ſcholaſtici: ex omni ferę terraꝝ orbe ob ſui nōis

claritatem huc aduecti. Laudat antiquitas Gaditanū
quēdam Liuij nomine gloriaqꝫ commotum: ad eum
uiſendum ab ultimo terrarum orbe Romam adue
niſſe. Innumeri ſunt qui ex omni orbe non modo ex
finitimis: ſed ex ultimis terrarum partibus: ad Hye
ronimum uiſendum audiendumqꝫ confluxere. Ma
gna de eo fama ubiqꝫ gentium circunferebatur: quā
pręſentia ſua non imminutā ſed adauctam confirma
bat. Legati regum: principum: ac diuerſarum natio
num: maximis ſępe ſtipendijs: eum hinc abducere co
nati ſunt. Sed ſoli natalis dulcedine captus: in hac
patria fructificare conſtituit: in qua iuris elementa per
cępiſſet. Ex eius ſchola tanq̄ ex equo troiano tot prę
ſtantes in utraqꝫ cenſura togati uiri emerſere: nō mo
do qui in hac ticinenſi achademia florent: ſed qui ītra
ciuitates ī foro celebres ſunt: & qui magiſtratus obeūt:
quiqꝫ in rerum publicarum adminiſtratione uerſan
tur. Neminem inuenies ex his qui iura ſapere exiſti
mantur: qui non diu ſit Hyeronimi auditorio uſus.
Demum ſi noſtra aut ſuperiora tempora metiaris:
eoſqꝫ conſideres: qui in iuris diſciplina excelluerunt:
uix quenq̄ reperies: quem Hyeronimo non modo
pręferas: ſed nec conferas. Fuit Hyeronimus ſta
tura corporis procera & excelſa: ſed gracili & macilen
ta: collo oblongo in pectus inclinatiore: ceruice me
diocri: temporibus concauis: oculis uegetibus: acie ta
men in eui extremo hebetiore: ſed ocularium pręſidio
ſuccurrebatur. Reliqua corporis forma ſatis pręſtan
ti: pręter crurium gracilitatem: quę etiam aduerſa

ualitudine remacruerant. Eius macilentiam longa abſtinentia: aſſiduis lucubrationibus: ac iugi ſtudiorum labore proceſſiſſe: nemo qui hominem nouerit ambiget. Fuit Hyeronimus pauciſſimi ſomni: cibi ad modum temperati: potuſqz dilutiſſimi: q perſpectum haberet: ſobrios ac peruigiles ad omnem uirtutem quaſi nulla ſarcina impeditos plus ualere. Econtra eos qui nimium cibo et quieti indulgent: ingenio hebetes reddi. Nihilqz eſſe uirtuti hoſtilius: ingluuie et ſomno. Nec modo in uictu parcus: ſed et modicus in cultu ueſtituqz corporis: et omni ambitione remotior: preter anulos aureos perlucidis adamantibus diſtinctos: quibus prolixos digitos adornabat. Corpus latis faſcijs ſtrictiſſime circunligabat: ut ea uentris compreſſione eſuritionem depelleret: ſicqz ⁊ inediam diutius ferre: ⁊ diutius in ſtudijs uerſari poſſet. Erat natura piloſus: ⁊ in iram facile excandeſcens: ſed ſubito referueſcebat. Floruit ſtupendo ingenij acumine: ad quarūcunqz rerum inueſtigationes: facili et accurato. Adiutus memorie felicitate: non modo ad apprehēdendum celeri et obuia: uerum et ad cuſtodiendum tenaci: quam licet a natura ſolidam accepiſſet: arte tamen et diligentia firmiorem reddidit. Quo magis preſtaret an ingenio an memoria: non erat facile iudicare. Uixit annis ſeptē ⁊ quinquagita: quorꝫ duos ⁊ trigita ī legēdi munere īſigniter expleuit. Uexabatꝫ arenali morbo: medicíqz ꝑſuadebant: ut ſe a legendi officio ſubduceret: ne inde ſibi mortem conſciret. Reſpondebat cōſtāter uir

impauidus: ſe ſcholaſticorum gratia legendo uitam
ꝗ libenter finiturum: exiſtimans pulcherrimum ⁊ glo
rioſiſſimū lethi gen⁹: publica cauſa occūbere. Quod
ſi ſuperiores romani uiri regij ac triumphales: his
qui pro republica obierant: perpetuos honores de
beri profitebantur: ⁊ Solonis legibus preclare ſanci
tum perhibetur: eos qui in prelijs occubuiſſent: ſum
mis premijs eſſe illuſtrandos: multum ac pene im
menſum eſt: quod hec Ticinenſis uniuerſitas Hye
ronimo debet qui pro huius academie ornamento:
pro ſcholaſticorū uſu legendo ſibi mortē aſciuerit. Pa
tiebatur eſtus tp̄re incredibiles cruciatus: ⁊ indigniſſi
ma tormenta: calculis ueſicam infeſtantibus: et urine
emiſſionē prohibētibus. Interlegēdū ſepe graues eiu
latus emittebat. Ui morbi iualeſcēte: lōga cōflictatiōe
exinanitus: tandē uentris profluuio extinctus eſt. Sȝ
cum ſe morti proximum cognoſceret: ⁊ uxorem: filios:
ac reliquos circunſtantes: plenis lachrimarum ocu
lis complorantes cerneret: ut eorum merorem cober
ceret anxijs ac trementibus ceteris: ipſe impauidus
et conſtans alios ad patientiam adhortatur. Feren
dum eſſe forti animo quicquid fati neceſſitas iubet.
Uxorem ⁊ dulciſſimos filios amplexus: matrem libe
ris ⁊ liberos matri commendat: obteſtaturqȝ uxorem
quam unice dilexerat: ne ſe lachrimis conficiat: ſed
caſum patienter ferat: ſeqȝ recreet ⁊ conſoletur dulci
recordatione uite: quam honeſte et uirtuoſe ſimul
egiſſet. Hec effatus: muniuitqȝ crucis ſignaclo: e uita
leuiter exceſſit: quieſcenti ꝙ defuncto ſimilior. Do
leo uirum maximum: ⁊ in Ceſarea legaliqȝ cenſura

pręſtantem eripi ex oculis noſtris: neſcio an ſimilem
uiſurus. Multi alto ⁊ excellenti ingenio conſurgunt:
ſed hoc conſũmatę uirtutis iam frui licebat. Erat Hye
ronimus non modo longiore uita: ſed pene immorta
litate dignus. Non abre Theophraſtus accuſaſſe
naturam legitur: ꝙ ceruis ⁊ cornicibus uitam diutur
nam: quorum nihil intereſſet: hominibus uero quoꝝ
maxime interfuiſſet: tam exiguam dediſſet: quorum
ſi ętas poſſet eſſe longior omnibus perfectis artibus
erudiretur. Recto ordine dij immortales contuliſſe
uiderentur: ſi ſaltem uiros uirtute pręſtantes uſu lõ
gioris uitę condonaſſent. O nimium celeres bonorũ
hominum dies: o uirorũ optimoruz citata curricula:
quibus nullis artibus: nullis uirtutibus: nulla deniqz
potentia occurri poteſt. Acerba equidem: ut Plinius
iunior ſcribit: ⁊ immatura mors eorum eſt: qui im
mortale aliquid parant. Nam qui uoluptatibus dedi
ti in diem uiuunt: uiuendi cauſas quotidie finiunt.
Qui uero poſteros cogitant: ⁊ memoriam ſui operi
bus extendunt: his nulla mors non repentina eſt: ut
quę ſemper inchoatum aliquid abrumpat. Subla
tus eſt morte Hyeronimus Tortus: non unus ex plu
ribus: ſed inter innumeros rarior phęnice: cuius ſi
milem ne dicam in legali phia ſuperiorem: nec pręſen
tia nec forte futura ſęcula inſpectura ſunt. Quéadmo
dũ poſteriore Scipione domi interfecto. Q. Metel
luſ palã exclamauit: romanę urbis męnia cecidiſſe: ita
ſublato hoc pręcipuo lraꝝ cultor: lratoꝝ domiciliũ cor
ruiſſe collachrimãdũ ẽ. Pollicrat⁹ ſolẽ e cęlo cecidiſſe

commemorat: qn̄ Plato reb⁹ exceſſit humanis. Sic
lucernā iuris extinctā deflebūt: qui ad tronū ſapiētię:
quē Hyeronimus diu poſſederat: ſua ſtudia ōferent.
Uex ſi rōi ⁊ nō paſſioni obtemꝑare uoluerimus:
hāc nō oīo mortē uocabimus: qua tāti uiri mortalitas
magis finita ē ꝙ̄ uita. Uiuit uiuetqꝫ ſemꝑ: ⁊ latius in
memoria hominū ⁊ ſermone uerſabit. Occidit quaſi
ſemꝑ victurus. Nominis celebritate: ⁊ ſcriptoꝝ ſuoruꝫ
perpetuitate: īmortalitatis gratiaꝫ cōſequetur. Mors
illis terribilis eſt: ut inquit Cicero: quorum cum uita
omnia extinguuntur. nō his quorum laus emori nō
poteſt. Ea lege omnes nati ſumus: ut naturę tandeꝫ
ſit concedenduꝫ. Irreuocabileꝫ mortis neceſſitatem:
ęquo animo feramus oportet. Naꝫ ut priuatis utilita
tibus publicas: ita mortalibus ęternas anteire neceſſa
rium eſt. Ex hoc corporis domicilio tanꝙ̄ e carcere:
unicuiqꝫ migrandum eſt. In huius mūdi fugacis ac
lubrici poſſeſſionem: tanꝙ̄ inquilinos: natura nos
mittēs: commorandi duntaxat diuerſoriuꝫ dedit. Ho
mo uitę commodatus eſt: non donatus. Uita homi
ni cum mortis exercitatione conceſſa eſt: quaꝫ timere
fragilitatis eſt humanę: non rationis. Stultum eſt ti
mere quod euitari non poteſt. Sicuti impoſſibile eſt
mori quēpiam qui non uixerit: ita uiuere quenꝙ̄ qui
non ſit moriturus. Interrogatus Secundus ph̄us
quid eſſet homo: grauiter reſpondit. Homo eſt man
cipium mortis: tranſiens uiator: parui temporis
habitaculum. Sapientis eſt non uereri: quod indu
bie futurum ſit: et quod uelimus nolimuſue longius
abeſſe non poſſit. Nec aliam meliorem eſſe ph̄iam

Pythagoras Samius ⁊ Plato teſtantur: ꝙ crebram
mortis meditationem: nitentem quotidie de carcere
corporis educere libertatem. Tota pħorum uita: ut
inquit Cato: commentatio mortis eſt. Is ergo uitam
ęqua lance penſabit: qui non immemor fragilitatis
humanę: uana caducaqꝫ eſſe mundana omnia co
gnoſcet: quę tam breui fine clauduntur. Nihil eſt tam
anguſtis terminis circũſeptuz: ꝙ hominis uita. Me
rito regię Xerſis lachrimę efferũtur: qui cũ tã imenſuz
eius exercituz: quinquies decies cẽtenis hominũ mili
bus cõparatum: ex loco excelſo oculis luſtraſſet: illa
chrimauit: ꝙ tot cẽtenis milib⁹ tã breuis imineret oc
caſus. Breuis a natura data nobis eſt uita. Sed me
moria bñactę uitę ſempiternã reddim⁹. Enitamur dũ
uita ſuppetit: ut ſtudijs uel alia uirtutis actione: noſtri
memoriã ꝑferamus. Id agam⁹ quod nos poſt cine
res uixiſſe teſtet̃. Obſeruemus Hyeronimi ueſtigia et
nobis pulcherrimũ bñ iſtitutę uitę ꝓponam⁹ exẽplũ.
Nobilis litterarũ cõmertij: ⁊ pręcioſę doctrinaꝝ ſupel
lectilis: non modo fructũ gloriaue: dũ i humanis age
ret: reportauit: ſed ſibi poſteriſqꝫ illuxit ęternitatis gra
tiã cõſequut⁹. Dum hęc regia ciuitas ſteterit: dum aca
demia Ticinẽſis florebit: dũ litterę ſtudiaqꝫ colẽtur:
imortalis ſemꝑ per omniũ ora cũ multa celebratione
uolitabit. Ad laudem ſummi ⁊ ęterni dei. Amen.

Habita Papię in eccleſia fratrum minorum: per me
Iaſonez de Mayno Mediolanenſez iuriſutriuſqꝫ
doctorẽ: Tertio id⁹ Auguſti: Anno a natali chriſtia
no milleſimo q̃drigẽteſimo octuageſimo quarto.

1484